(*c*) Talia flammato secum dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca feta furentibus *Austris*,
Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus *arce*
Sceptra tenens, mollitque animos, et temperat iras,
Ni *faciat*, maria ac terras caelumque profundum
Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.

d) Hic regina gravem gemmis auroque poposcit
Implevitque mero pateram, quam Belus et omnes
A Belo soliti; tum facta silentia tectis:
"Jupiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur,
Hunc laetum Tyriisque diem Troiaque profectis
Esse velis, nostrosque huius meminisse minores.
Adsit laetitiae Bacchus dator, et bona Juno.
Et vos, o, coetum, Tyrii, celebrate faventes."

2. Explain (*a*) the case of *bello*, *castellis*, *staturae*, *contemptui*, *Austris*, *arce*: (*b*) the mood and tense of *repetisset*, *iudicassent*, *haberent*, *irridere*, *faciat*, *adsit*; (*c*) the construction of *gratulatum*.

3. Write a brief note on the meaning or construction of the following words and phrases: vinea; a. d. V. Kal. Apr.; equo admisso; pro Helvetiorum iniuriis populi Romani; civitate donatus erat; hominum milia expedita; adverso colle; urbem Patavi; Mavortia moenia; belli portae; nimbosus Orion.

II. TRANSLATION AT SIGHT.

(*a*) Capella (*she-goat*), stans in tecto domus, lupum vidit praetereuntem et ludificavit. Sed lupus, "Non tu," inquit, "sed locus tuus, me ludificat."

Saepe locus et tempus homines timidos audaces reddit.

(*b*) Apud Xenophontem moriens Cyrus maior haec dicit: "Nolite arbitrari, o mei carissimi filii, me cum a vobis discessero, nusquam aut nullum fore. Nec enim, dum eram vobiscum, animum meum videbatis, sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus quas gerebam intellegebatis. Eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis.